Μαρώνεια. Μάρωνος οἶνος

VI. Vino antiquissima claritas Maroneo(1) in Plin. 15
Thraciae maritima parte genito, ut auctor est Lib. XIV
Homerus. Neque enim fabulosa, aut de origine
varie prodita consectamur, praeterquam Aristae-
um(3) primum omnium in eadem gente mel miscu-
isse vino, suavitate praecipua utriusque natu-
rae sponte provenientis. Maroneum vicies tanto
addita aquae miscendum Homerus prodidit(4)
Durat(5) etiam vis eadem in terra generi vigorque(6)

---

(1) Μάρων rex Thraciae [illegible] apud Pollucem
vinum Maroneum: οὐδ' αὐτὸν Ἰσοδον, οὐδὲ μαρώνα
πίνομαι. Dalec. —— Maroneo Athenaeo lib. I pag. 26
καὶ τοῦ Μάρωνος οἴνου... A Marone Euanthei filio,
Bacchi nepote, Thraciae rege, nomen habet, a quo
et Maronea ejusdem orae civitas. de qua lib IV c. 18.
Hodie Maronea. Vini tam nobilis vix hodie restare
nomen ait Andr. Baccius lib. VII p. 335 Hard.
(3) Aristaeum. de eo diximus lib. VII c. 57. Hunc τα [illegible]
quae invenisse primum scribit Apollonii scholiastes
ad Argon. lib. II v. 500. Hard.
(4) Τὸν δ' ὅτε πίνοιεν μελιηδέα οἶνον ἐρυθρὸν
Ἓν δέπας ἐμπλήσας ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα χεῦ.

indomitus. Quippe quum Mucianus ter consul ex his qui nuperrime prodidere, sextarios(7) singulos octogenis aquae misceri compererit praesens in eo tractu. Esse autem colore nigrum, odoratum, vetustate pinguescere. "

ὅθεν ὁ ποιητὰ etc. H.

(5) Huic vini generi in eadem illa terra durat ea generositas. Hard.

(7.) Sextarius congii sexta pars fuit. inde nomen: eam mensuram capiebat teste Budaeo, quam lingua nostra ternes sextariolos vocat, hoc est, ternos semisextarios, (trois demi-setiers) hic dodrans est pintae Parisiensis, quae quarternes capit. Hard.